



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Der Bischof von Halberstadt bekundet, daß das Kloster Scheningen dem Grafen von Hillersleben einige Dörfer abgetreten und an verschiedenen Gerichtsstätten, insonderheit auch vor dem Markgrafen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

II. Der Bischof von Halberstadt bekundet, daß das Kloster Schenigen dem Grafen von Hiltersleben einige Dörfer abgetreten und an verschiedenen Gerichtsstätten, insonderheit auch vor dem Markgrafen Albrecht und dem Markgrafen Otto zu Ewendorf und zu Tangermünde aufgelassen habe, am 18. October 1151.

In nomine dei omnipotentis Odhelricus, dei gratia Halberstadenfis ecclesie episcopus, notificamus omnibus ecclesie fidelibus presentis et futuri temporis, quod nos, rogatu dilecti fratris nostri Bodonis, Scheniggenfis ecclesie prepositi, et eiusdem congregationis, pro declinandis multis iniuriis, quas eadem ecclesia sepe sustinuit, quedam predia ecclesie illius, videlicet mansos, in Geroldestorp sitos, item in Daluwerfleue duos et dimidium in uilla, que dicitur Welle, cum areis et omnibus pertinentiis eorum Ottoni, comiti de Hildesloue, per nostram manum dedimus et uersa uice iure concambii alia predia in usus predictae Scheniggenfis ecclesie ab eo recepimus, uidelicet XI mansos simul omnes in uilla, que Heregrimesthrop dicitur, sitos, cum areis et omnibus pertinentiis eorum. Sed quia hec predia plura erant et simul sita pro duobus mansis et dimidio, qui superauerunt in commutatione et pomerio et aliis utilitatibus eorundem prediorum presatus prepositus predicto comiti Ottoni de redditibus ecclesie sue XXX et duas libras pro supplemento persoluit. Ecclesiam etiam unam, ad eadem predia pertinentia (pertinentem?) idem Otto, comes, cum consensu filie sue pro remedio anime sue presate Scheniggenfis ecclesie in provinciali placito in uilla, que Valethorp dicitur, una cum prescriptis prediis perpetuo iure contradidit et regio banno confirmauit, ubi testes erant T. gener comitis, Marquardus de Banethorp, Benno de Oluenstide, T. Geuehardus et Menhardus, ministeriales comitis, Brun de Irixleue, Hohetricus de Hokkenthorp, Frithericus de Daluwerfleue, Hewolfus de Smardesleue, Ericus de Welle, Brun de Gerleue cum multis aliis. Hanc autem commutationem, ut nulla molestia sequeretur iure polium iure fori sepe iterari, sepe firmari fecimus, semel uidelicet coram marchione A. et filio eius Ottone marchione in uilla, que Luenthorp (Euenthorp?) dicitur, ubi tunc presentes aderant Otto comes et T. gener eius, Adolfus comes, Hugoldus de Amfrithesleue, Thedericus de Hakenstede et multa multitudo fidelium; secunda uice in presentia nostra Taggeremunde, ubi aderat iunior marchio et comes Otto, Thidericus de Taggeremunde et Burchardus, Marquardus de Banninthorp cum multis aliis eadem actio iterata et confirmata est. Rursus in ciuitate Magdeburg A. presatus marchio et filius eius cum predicto comite Ottone, rogante et monente predicto fratre nostro Bodone preposito, eandem actionem renouantes confirmauerunt. Iterum in synodo hoc factum coram ecclesia nostra publice in Gathesleue confirmauimus. Postremo ut nullus unquam error hoc benefactum obauilaret et ne fratres presate Scheniggenfis ecclesie aliqua in futurum turbatio super hoc facto offenderet, diligenter hec omnia retractantes in aperta synodo nostra Halberstad coram uniuersitate ecclesie nostre in festo beati Luce presentibus et fauentibus marchione A. et Ottone comite episcopali auctoritate firmissime roborauimus, Quapropter ut nulla iniquitas et iniustitia aliqua maligna surreptione hoc bonum opus fatigare presumat, interposito anathemate et banno, auctoritate dei omnipotentis et beati petri apostoli confirmamus in perpetuum, Amen. Actum Halberstad, in publica synodo, XV Kal. nouemb., anno incarnationis dominice MCLI^o. indictione XV, in magna synodo in festo beati luce, presidente uniuersali ecclesie

papa Eugenio anno II. Odalrici episcopi uenerabilis secundo electionis et ordinationis illius feliciter, Amen.

Nach Falke, Tradit. Corbecenses S. 768.

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad verzeihen der Johanniskirche auf dem Schlosse zu Tangermünde eine Getreidehebung, im Februar 1271.

Johannes et Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgensium Marchiones, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Humani generis est, preteritorum obliuisci . . . memoria decet eam uoce testium et litterarum testimonio adiuuare. Hinc est quod notum esse uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ecclesie sancti Johannis in castro Tangermunde ad excitationem diuini operis Deo perfectius et commodius faciendam, dedimus unum chorum siliginis, qui in bonis Nicolai, dicti Scemar, jacet, cum omni iuris plenitudine pro nouem marcis argenti perpetuo possidendum. In cuius rei evidens testimonium dari iussimus presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Adhibitis testibus infra scriptis, scilicet Domino Anselmo de Blankenborch et Domino Bertramo de Bentz, Jo. de Wulterhusen et Domino Baltone et Domino Gerardo de . . . Datum Borstalin merica, Anno Dni. MCCLXXI^o. . . . bruarii.

Gerden's Cod. II, 349. 350.

IV. Markgraf Woldemar erläßt Anordnungen wegen des Nachlasses der zu Tangermünde, Stendal, Werben, Wollmirstedt und in der Umgegend verstorbenen Geistlichen, am 23. Juni 1310.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landeberg Marchio, Tutorque Incliti Johannis de Brandemburgh Marchionis, Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et de bono in melius proficisci. Quum auctori seruitii eterno uerum etiam factis non solum uerbis sollertius possit et debeat augmentari testante Domino apostolo, qui dicit, Exemplum dedi uobis etc. in quo sane potest colligi nobis ipsius tradita domini Instructio, ut sequamur scilicet uestigia eius, cuius reuera Christi actio nostra dignoscitur fore informatio, et si minimum iubemur extollere, quando dicitur, Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, quanto magis eos quorum supremus ille artifex in sortem suam et ministerium deputare dignatus est, perfecte aliis honoribus et commodis incitabimur, ut temporalibus subsidiis extra sufficienter aduti, excusso omni finistre prauitatis timore intus fiducialius appetant sempiterna. Habita igitur plena et exacta discretorum deliberatione, vniuersis Clericis in Decanatibus scilicet in-